PETRVS LANDVS

DVX LXXVIII.

Creatus die 20. Ianuarij. Anno 1538. obiit 8. Novemb. 1545. cum regnaſſet Annos ſex: Menſes 9. dies 8. Ætatis ſuæ LXXXIII.

EPIGRAPHES PRISCA.

Pace cum Solimano Turcarum Imperatore facta, Patrià ab Annonæ caritate liberata, Imperium validis munitionibus egregiè munitum, omnibus æquus, in privatam domum nihil præter gloriam intuli.



IAcet ſub marmore Princeps, cuius ſub gladio iacuère Thraces, & Apuli. Iacuiſset etiam Sirenum domus Neapolis, ſi victoriam Virtus daret non Fortuna. Princeps aſsumptus pacem procuravit, obtinuitque charitatis pretio, quàm liberalis exhibuit ſubditis caritate oppreſsis. Eo ſedente Vſcocchi ad piraticam palan-